



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

[97. Regularis transire volens ad strictiorem religionem vel æqualem, an
ab Ordinario petere habeat facultatem.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

fit *D. Mariba de Clausulis part. 1. c. 79. nu. 17. & 20. pag. 8. & cap. 260. num. 5. pag. 11*
Denique, non posse alia consuetudine introduci, ut à conservatore appellentur
Nuncium. Respon. Anchoranus, *cons. 132. incip. m. 1. per tot. Alex. de mones. de Consuetud.*
nat. c. 8. n. 163. & seqq. c. 9. nu. 182. 185. 186. qua de re extat quaestio in secundo
tract. de exemptionibus.

QVÆSTIO XCVI.

Equites Hierosolymitani an una cum Clero teneantur ad Collectas.
Clerum sibi ipsi posse ex causa necessitatis Collectas imponere, et sine superiorum
autoritate, quamvis non ex causa utilitatis id possit, late decisum est apud Farinacium
*part. 1. dec. 72. c. Innocentius de censibus l. 1. §. 1. ubi glo. ff. quod cuiusq. universi. l. 1. §. 1. ubi
l. placet n. 3. C. de sacros. Eccles.* Non tamen ad ejusmodi collectam adstringi equites
rosolymitanos propter prægnantia eorum à S. sede Privilegia, ut probatur
eundem Farinacium *d. loco n. 5. & seqq.*

QVÆSTIO XCVII.

Variantes video opiniones, nam nonnulli petendam licentiam à solo Prae-
lato autumant *Io. Monach. in c. cum singula nu. 4. de prebend. num. 6. & ibi Franca.*
prohibemus nu. 3. reprobans sententiam dicentem, exigi quoque Consensum Co-
ventus. *Bellam. c. ex part. nu. 4. de temp. ord. Rebuff. praxi benef. de transit. Monach.*
n. 5. Rodericq. qu. Regul. tom. 3. qu. 52. nu. 3. quod limitat *Abb. in c. fin. nu. 2. de Renunciat.*
nisi monasterium strictius sit in aliena diocesis: quia tunc exigitur quoque licentia
Episcopi diocesis monasterii laxioris, à quo transitur ad strictum, cum ejus intentio
eo quod eximitur seu alienatur religiosus ab ejus jurisdictione, id quod verum est,
quando talis religiosus non est exemptus, *Sanchez. li. 6. oper. moral. c. 7. q. 4. num. 41.*
alii Pontificem adeundum esse, quando nimirum agitur de transeundo ad æquæ stric-
tam religionem nulla legitima causa subsistente *Ant. c. fin. nu. 13. de renunciat.* Scilicet
quos allegat *Sanchez. d. loco* tamen ubi adest causa legitima: quia tum sufficit
Prælati licentia: licet alij dicant Episcopum posse hanc facultatem impertiri, *Mo-*
nach. in cap. cum singula nu. 4. de preb. in 6. Arobid. in cap. si religiosus in fin. de Electio-
in 6. repugnantibus aliis quos refert idem Sanchez. qui adatur cum in
hac quaestione longè se diffundat, nec tempus meum, quod mihi
parcissimum est, actum agere sustineat.